

Professor.



Christerus honestis parentibus in Belgia natus, & omni genere uirtutum & literarum educatus fuit. Is quamprimùm adoleuisset, hinc inde ad uarias Germaniæ, Galliæ, atq; Italiæ academias profectus, Græcæ & Latinæ linguæ diligenter incubuit, atq; etiã bonarum artium sibi magnam notitiã comparauit. Philosophiæ quoque operam dedit, & in Iurisprudentiã foeliciter uersatus fuit. Hinc factum ut multarum disciplinarum peritus apud Germanos in magna existimatione fuerit, atq; inter uiros doctissimos cõnumeratus, & Lypsiæ inter artium professores receptus sit, anno 1520. Scripsit is de instituenda uita & corrigendis moribus iuuentutis, atq; rationem componendarum Epistolarum ostendit. tres dicendi artes Grammaticam, Dialecticam, & Rhetoricam locupletauit, & qua ratione faciliẽ percipiuntur, declarauit. Nonni poëtæ Paraphrases Græcas in Ioannis Euangelium, atq; quasdam Chrysofomi orationes ex Græco in Latinum uertit, & 1528 edidit. Pari ratione Aristotelis quosdam libellos Physicos, atq; Demosthenis aliquas orationes latinitate donauit: Ciceronis aliquot orationes annotationibus exposuit: Compendiariã uiam discendi iura ciuilia excogitauit, atq; titulos aliquos Pandectarum commentarijs explicauit. Cum hoc modo bonis studijs iuandis Christopherus natus esse uideretur, multorum gratiam inijt, atq; eãdem, pro communi mortalium conditione, fato functus, terræ mandatus fuit. Con. Gess.

dis moribus iuuentutis, atq; rationem componendarum Epistolarum ostendit. tres dicendi artes Grammaticam, Dialecticam, & Rhetoricam locupletauit, & qua ratione faciliẽ percipiuntur, declarauit. Nonni poëtæ Paraphrases Græcas in Ioannis Euangelium, atq; quasdam Chrysofomi orationes ex Græco in Latinum uertit, & 1528 edidit. Pari ratione Aristotelis quosdam libellos Physicos, atq; Demosthenis aliquas orationes latinitate donauit: Ciceronis aliquot orationes annotationibus exposuit: Compendiariã uiam discendi iura ciuilia excogitauit, atq; titulos aliquos Pandectarum commentarijs explicauit. Cum hoc modo bonis studijs iuandis Christopherus natus esse uideretur, multorum gratiam inijt, atq; eãdem, pro communi mortalium conditione, fato functus, terræ mandatus fuit. Con. Gess.